Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Computus Nure[m]bergensis perutilis clerico cum figuris textum pulcerrime declarantibus - Cod. Rastatt 36

Petrus <Cracoviensis>

[S.l.], [01.04.1499 Inkunabel; Handschrift 16. Jh.]

[L]oca stellaru[m] fixaru[m] in longitudine et latitudine partemq[ue] latitudinis invenire

urn:nbn:de:bsz:31-43804

Visual Library

Loca stellarum fixarum in longitudine et latitudine partemque latitudinis invenire

Nota quod in tabula stellarum fixarum in longitudine et latitudine
ponuntur stelle notabiliores cum nominibus suis et maginibus
ipsarum quarum loca sunt verifficata anno domini 1 2 7 0 completo qua
~~equationem serva deinde quere equationem octave spere anno 1 2 7 0 completo~~
completo Scias igitur equationem octave spere anno domini 1 2 7 0 completo
qua equationem serva deinde quere equationem octave spere tue considera
tionis tue et habita subtrahe equationem quam servasti scilicet illam que
fuit anno 1 2 7 0 completo ab illa quam invenisti tempore consideracionis
tue et illam differentiam serva Deinde in diebus [illegible] quesita
anno domini 1 2 7 0 completo usque ad tempus consideracionis tue quere
motum augium et stellarum fixarum non accepta aliqua radice et ab
illo quod inveneris adde differentiam equacionum prius servatam et quod
post addicionem inveneris adde loco cuiuslibet stelle fixe scripto in
tabula et tunc id quod inveneris erit locus eius tempore consideracionis
tue Et scias quod iste modus operandi durat donec extremitas
[illegible] in motu accessus et recessus quia tam diu equationes augmen
tabuntur Sed quia multa erunt anni antequam evenerit [illegible] non du
bitandum quod postea sit faciendum sed videant alii qui tale tempus
videbunt [illegible] Sed in illo capitulo et sequenti Est notandum quod lo
cus cuiuslibet stelle fixe est locus ecliptice per quam transit [illegible]
circulus transiens per polos zodiaci et per corpus stelle interceptus
inter zodiacum et centrum stelle Sed longitudo stelle est arcus zo
diaci interceptus intercaptus inter stellam et principium signi in quo
est stella et capitur hic signum large non solum pro 12 parte zodiaci
sed eciam pro 12 parte octave spere eo quod imaginantur dividi [illegible]
circulis transeuntibus per polos eius et per principium 12 signorum zo
diaci signatorum et sic signum vocatur 12 pars octave spere inter
cepta inter duos semicirculos transeuntes per polos octave spere et per
principium vel et finem eiusdem signi per principium [illegible] Nota eciam quod latitudi
nes stellarum sunt invariabiles ita quod semper manent in eadem distancia
ab ecliptica, longitudines autem sive declinaciones ab equinoctiali variantur
stellis [illegible] variatur declinaciones [illegible] ecliptice et tunc de in
ventione locorum stellarum fixarum dictum [illegible]